

faciunt, ut milites sint mansuetiores, Hinc etiam acerrimæ fuerunt gymnasticæ, laboris patientiæq; exactores, non ad sudorem tantum, verum ad cruorem. Romani habuerunt servos, sed nec multos nec vulgares. Tribuni centuriones & digniores è militum cohorte habebant, jam non gregarii, sed subitarii, non membra, vix appendices sæpè sunt, qui secum in sinu & pectore circumferunt servos. Quanquam serviliter serviebant, continenter se servabant. Jam autem serviles animos viles esse: cottidiè cernimus. Vt pulvis inutilis & levis ab omni vento comportatur: sic futiles ejusmodi, undique facilè comparantur. Sed ut redeam unde diverti.

Si hæc omnia perferenda nostris, pauci admodum essent (& ut Poëta jocatur) vix tot, quot Thebarum portæ. Verè ut verum dicam verbo quis tales repelleret, sine ferro omni aut gladio-

Cogita enim, quilibet Romanorum militum ultra sexaginta libras portabat. Hinc etiam muli Romani per jocum vocati, sæpè onus multorum camelorum portarunt. Quid de camelis dicam? vix elephanti ab India tulissent. De moribus ut aliquid addam necessum est. Fuerunt Romanorum sine furo, sine fallacia, & in proverbium abierat; HOMO ROMANI INGENII: ROMANA SIMPLICITAS, ET ROMANA FIDES. Exinde etiam illud. HOMO ANTIQVA VIRTUTE ET FIDE. Aliàs etiam castra apud Romanos semper casta servata, omnes ferè milites honesti & modesti erant. At, bona fide, ejusmodi militum hodiè copia rara est; & qui cum bellis modestiam sociant & virtutem. Vbi tamen Modestiam fulcrum & vinculum reliquarum virtutum omnium. Quid enim sunt reliquæ. Nisi cum

cum